

# Mythologia, Francfort, 1581 - X [98] : De Pelope

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :  
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[98\] : De Pelope](#)

---

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 17 : De Pelope](#) a pour résumé ce document

---

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[98\] : De Pelops](#) est une transformation de ce document

---

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[98\] : De Pelops](#) est une traduction de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia  
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581  
Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307  
Format in-8  
Langue(s) Latin  
Pagination p. 1061

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Pélops](#)  
Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

negligentior in seruanda æquitate, rursus eodem relabatur, unde fuerat profectus. ut igitur moderationem animi motibus adhibeamus, hæc ita conficta fuerant.

*De Musis.*

Cùm vellent Pythagorici demonstrare, omnia cœlestia corpora musicam harmoniam efficere, & sonos varios pro magnitudine sphaerarum, aut pro celeritate, musarum nomina introduxerunt: atque ad planetarum imitationem musicis instrumentis septem chordas primum accommodarunt, quibus deinde plures additæ fuerunt. Sic igitur musicam diuinam scientiam Pythagoras significauit, qua possent animi mortaliū ab impuris cupiditatibus refrænari, & motes componi. Quod diuinorum illorum corporum animæ poeticæ facultati præessent, id planè significabat res humanas à mente diuina cœlestibusque corporibus gubernari: atque omnem in quauis facultate præstantiam ad homines cœlitus demitti.

*De Dædalo.*

Per Dædali verò fabulam significabant omnes iniquos esse calamitosos, nulli scelerato putandam firmam esse iusti principis amicitiam: mediocritatem tutius expeti, quàm ardua quæque & sublimia, quia summæ præstantiæ coniunctæ sunt ingentes calamitates & pericula. nam mediocritas neque valde inuidiosa est, neque contemnenda.

*De Pelope.*

Voluptatum naturam periculis & calamitatibus plenam exprimentes antiqui Pelopem cum Hippodamia de nuptiis curtuli cursu certantem introduxere, ita tamen ut si vinceretur, ultimo afficeretur supplicio. Quod tamen certamen ad vniuersam mortalium vitam, miseriarum, contentionum, periculorumque plenissimam, potest referri. nam eximia quadam fortitudine & sapientia opus est ad deuitandas tot misérias, quæ vitam mortalium circumstant, aut ad tot difficultates fortiter sustinendas, quas nisi vincamus, nos ab illis vinci omnino necesse est.

*De Perseo.*

Cùm vellent demonstrare antiqui quanta vis esset auaritiæ, nullumque locum esse satis munitum aduersus largitiones, aurum de cœlo in gremium Danaes ad illam contra instituta patris vitandam sinxerunt. Hæc Perseum postea peperit,